Omnia menſurâ, & numero & pondere depoſuiſti.

PONdere, menſurâ, ſolus numeroq; creavit,
Libravitq; DEUS, quidquid hic orbis habet.
MENSURA quæquæ & penſatur PONDERE fruges:
Sed NUMERI ratio lucra dat & precium.
Emtor jure putando, & venditor arte ſecando
Pondera, quæ deceant quemq;, probare poteſt.
Si modò penſata eſt rectè & ſubſtantia certa;
Sicut in hoc noſtro certa labore manet.

QUÆSTIO qualis erit, dabitur Reſponſio talis,
Et pro confeſſis quiſq; ſolutus erit.
Scribat, diſquirat, qui vult rerum ESSE profectò
Scriptio nulla dabit; quæſtio nulla dabit.
Queis non nemo ſibi blanditur; ſomniat: audetq;
Intendiſſe alijs triſtia damna viris.
Sed fruſtrà, in foveas, alijs quas foderit, ipſe
Tandem pro meritis præcipitandus erit.